



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

3. De numerica distinctione peccatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

N.B. Ea peccata, quæ in Intemperantia maxima,  
vt Sodomia, maiora sunt, quam minima, quæ in ge-  
nere iniustitiae sunt. 61.

## C A P. III.

*Dé numerica distinctione peccatorum.*

**A**ff. I. Peccata non ideo præcisè multiplicantur in numero, quia sunt contra plura præcepta. Fieri enim potest, vt sub eadem ratione formalis de eodem obiecto posita sint; vt vides in præcepto ieiunij, incidentis in diem Quatuor temporum, & in Vigiliæ Apostolorum, aut Quadragesimæ. Sin verò præcepta diuersis rationibus aut motiuis de eodem materiali obiecto posita sint, tunc eorum transgressiones erunt diuersæ specie, consequenter etiam numero.

Aff. II. Si numerica distinctio obiecti materialis tantum sit, non facit plura numero peccata, vt si unico actu plures homines occidere intendas, non facis plura numero peccata. Secus, si obiecti multiplicatio sit formalis, siue in ordine ad actum; quia voluntas quasi pluribus actibus in obiectu tendit; vt si propinas hodie furaturum 10. & cras, 20. vel proponas nunc furari claves, vt postea fureris pecunias. Cum enim actus internus essentiali ordinem gerat ad actum externum; ideo si externus siue obiectiuus virtualiter nitatem non habet, etiam actus internus virtualiter in genere moris multiplicatus censemur.

Exinde etiam nota betie si peccata externi operis circa materias paruas. V. C. parua furtæ mancant plura venialia, & non transeant in mortalia, tunc etiam propositum circa talia peccata frequentanda, quod, perse loquendo, non fore mortale, sed veniale virtute multiplex. Ratio, quia proponitum

D 2 situm

situm internum peccandi accipit malitiam ab opere  
externo, tanquam proximo obiecto suo : Ergo, si  
etius externi repetiti circa materias paruas manent  
plura venialia, etiam propositum eorum erit venia-  
le, virtute multiplex. 63.

3. Aff. III. Peccata quæ animo perficiuntur, ut haec  
sis odium Dei & proximi, sola interruptione ac re-  
petitione multiplicantur, ut proinde fieri possit eum  
dem hominem uno de mille peccata odij &c. com-  
mittere posse. Numerus tamen iste functione potest  
in Confessione recenseri; sed satis est moram tem-  
pis dare, ut si uno anno inimicitias habueris, idem di-  
cendum de me re rice, se duos vel tres annos quibus  
vis corporis sui copiam fecisse.

4. Aff. IV. Peccata, quæ externo opere perficiuntur  
ut homicidium, furium fornicatio &c. non censentur  
multiplicari per repetitionem propositi circa idem  
obiectum, quamdiu efficacitas primi propositi in lib-  
ero aliquo affectu perdurat, V.C. Qui animo for-  
randi domo egreditur, Vnuim numero peccatum in-  
ternum committit, & si in via malum furandi pro-  
positum, quod moraliter nunquam interruptum est  
actualiter aliquoties repeatat. Sin vero somno oppre-  
sus, renonet propositum, nouum peccatum com-  
mittit, sed non est necesse, eusmodi internorum  
peccatorum numerum in Confessione edicere; cui  
id moraliter impossibile sit: sed sufficit moram tem-  
pis exprimere. V.C. Integro mense persistit in pro-  
posito fornicandi, furandi, &c.

5. Qui eodem commotionis impetu, eademque  
agna alterum saepius percussit, vel repetita contumelie  
afficit, semel tantum peccasse censetur, saltem in Or-  
dine ad sacramentalem Confessionem. Si vero p-

interualla ad verberandum vel conuiciandum accelerat, aut in eadem pugna diuersæ rationis contumelias irrogauit. V.C. Compellando furem, laeronem, &c. 2. peccata commissæ censemur. Ratio discriminis est, quod in priore casu verbera, aut contumeliæ maiorem ordinem moralis unitatis habeant, quam in posteriore 63.

## C A P. IV.

*De divisionibus Peccati accidentalibus?*

**P**eccatum aliud est commissionis, ut furum; aliud vero peccatum omissionis; ut parentes non honорare, missam die festo non audire.

Peccatum commissionis opponitur præcepto negatiuo, quod pertinet ad decinandum à malo, quod semper obligat. V.C. ne Deum oderis, ne furtum facias, ne parentes in honores.

Peccatum omissionis opponitur præcepto affirmatiuo, quod pertinet ad faciendum bonum, quod non semper obligat; ut Deum ama, parentes cole, pauperibus miserere.

Si actio cum impletione præcepti in comp̄missibiliis, causa omissionis culpabilis existat, tunc ipsa ei iam actio peccaminosa redditur, V.C. Domini manere, & ideo missam negligere, item, ideo Missam negligere, ut domi stadiere, orare possis; Ipsa Actio propter circumstantiam mali effectus inficitur.

N.B. Si proponas negligere Missam, & tamen audit postea solum illud propositum non sufficit ad exequendum peccatum, sed id quod actu impedit, vel causa est cur impediatur sacri auditio.

Si actio, alioquin incompossibilis tantum concordanter & per accidens se habeat ad omissionem

D 3      culpa-